



## Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio  
Ersteller: de Turrecremata Johannes  
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

benedictionem a domino in hac vita incrementum virtutum . et in alia beatitudinis premium . erit enim inter illos quibus in die iudicii diciturus est dominus . venite benedicti patris mei percipite regnum et cetera . et misericordia totaliter liberante ab omni miseria accipiet a deo salutari suo qui vere est salutare nostrum . a quo et peccata relaxantur . et beatitudo tribuitur tales enim qui predictis virtutibus student ascendere in altitudinem celestis patrie sunt . **G**eneratio communiter omnium querentium dominum . et quod faciem dei iacob videre cupiunt . quia nullus ascendit in montem domini nisi predictis virtutibus polleat . inquit propheta o vos . **P**rincipes ductores et rectores aliorum peccantium auferre ab animis vestris vicia et peccata que sunt porte quibus aditus fit dyabolo in cordibus hominum . o vos virtutes eternales per quas est introitus ad eternam vitam . per quas etiam rex glorie dignatus est introire eleuamini ut in humanis cordibus exaltemini et introibit ad ea per fidem et caritatem christus qui est rex glorie . propheta querit ad convincendam perfidiam iudeorum . **Q**uis est iste rex glorie qui intraturus est ad corda . respondet dominus qui absolute omnibus donatur . fortis in rebus agendis . potens contra potestates terrenas que nichil sunt in conspectu eius . dominus potens in prelio quo contra mortem et dyabolum pugnavit . et vicit in omnibus . repetit idem dicens . **A**ttollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie . **Q**uis est iste rex glorie qui intraturus est ad corda . respondet dicens qui absolute omnibus donatur . fortis in rebus agendis . potens contra potestates et cetera . responso dominus virtutum celestium . id est angelorum . vel super omnem virtutem et fortitudinem . et super omnia sublimis ipse est rex glorie . **Psalmus** xxxiiij . in quo docet vir iustus in aduersis non murmurare sed diuinum expectare adiutorium . **Propheta in persona christi .**

**A**d te leuavi spiritualem desiderio animam meam que carnalibus desideriis exculcata premebat in terra leuavi ad te amplexandum et contemplandum deus meus ego expertus in malis meam infirmitatem in tua bonitate confido . qui potens es iuuare . et ideo non confundar de peccatis meis coram te et angelis tuis in finali iudicio hoc quippe oro ut . **I**nimici mei visibiles et inuisibiles . et precipue illi qui serpentinis et occultis suggestionibus insidiantes ad hec mala me deicerunt non habeant facultatem me irridendi ad quod parati sunt . et certus de hoc sum quod peto . quia vniuersi qui sub malorum persecutione